



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm Eloquentiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &  
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &  
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

**Tympe, Matthäus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1650**

XLI. Vituperatio detractationis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38994**

XLI. VITUPERATIO DETRACTIONIS.

IN EXORDIO docebis, quàm latè fundatur Detractionis crimen, quòd maxima hominum pars propter illud condemnetur, maximè cum regnet etiam inter Clericos & Monachos, Hinc S. Paulinus Epist. ad Celantiam: *Rarò inuenies, qui ita vitam suam irreprehensibilem exhibere velint, ut non libenter reprehendant alienam, tantaq; huius mali libido mentes hominum inuasit, ut etiam qui procul ab alijs vitijs recesserunt, in istud tamen quasi in extremum laqueum incidant.*

*Contra hoc peccatum militat totus meus Libellus Germanicus qui Zungem saum seu Frenum Lingua inscribitur.*

In PROPOSITIONE dices, Te quàm grave & virulentum hoc sit crimen ostensurum.

CONFIRMAT. I. LOCUS, à causis turpibus & inhonestis huius peccati, quarum PRIMA est, odium proximi & inuidia. SECUNDA, superbia. TERTIA, amor sui. QUARTA, odium: alii enim alijs detrahunt ex inuidia, qui aliorum lucra, ut loquitur, Hierony. *sua damna reputant*, alii ex fastu quodam.

*Prov. 22. v. 1. Syr. 41. v. 15*

II. Locus ab incommotis, seu effectis. Nam PRIMò, qui charitatem proximi violat, Regno cælorum excludit. Vnde S. Paulus ait: *Nec fornicariis, nec adulteri, nec fures, nec maledici regnum Dei possidebunt. Et: detractores Deo odibiles.* SECUNDò, Non animam solùm, sed & corpora sæpè occidit, cum non rarò gravissimas excitet contentiones, & c. hinc Syracides: *Susurro, & bilinguis maledictus: multos enim turbavit pacem habentes.* & Salomon; *Abominatio hominum detractor.* TERTIò, Contemnit legem, teste S. Iacobo, cum ait: *Quid trahit fratri, detrahit Legi, & Iudicat Legem.* QUARTò, facit nostra, & propriam salutem negligamus, immemores dicti Christi: *Quid vides festucam, &c. & Proverbiorum, etiam apud Ethnicos celebratorum:*

*1. Cor. 8. Rom. 1. v. 3. Syr. 28. v. 15. Prov. 24. 9. Cap. 4. 5. 11. Matth. 7. 3.*

ἡνὼτι οὐκ ἔστιν ἄλλο ἢ ἡνὼτι respice mantica, quod in tergo est, tua vineta cæde.

III. Locus, à comparatione cum alijs peccatis. Quòd gravius sit furto & rapina, quod eo boni nominis exstimatio, quæ ære præstantior est, tollatur. Vnde

*Prov. 22. 1.  
Syr. 41. v. 15*

Salomon dixit: *Melius est bonum nomen, quàm divitiæ multa.* Et: *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi quàm mille thesauri pretiosi & magni.* Imò cum multi plus diligat bonam famam, quàm vitam, non dubitant illud exæquare homicidio: qua de causa passim in scripturis detractorum lingua gladio, novaculæ acutæ, armis & sagittis comparatur. Hinc August. 11. q. 3. c. nemo: *Nemo pe-*

*Serm. 24.  
en Cant.*

*ritorum aut prudentium putet, quòd minus sit periculum in verbis lingua mentiendo, quàm manibus sanguinem fundendo.* S. Hier. in Psal. 100. ait, detractorem esse pejorè fornicatione, & S. Bernardus inde ejus gravitatē exaggerat, quòd charitati in primis adverteretur. Quo enim præcepto à Deo jubemur proximos diligere, sicut nos ipsos, eodem jubemur & bene judicare, sentire, & loqui de ipsis 1. Joan. 3. v. 18.

*De triplici  
custodia  
manus, lin-  
gua & cer-  
dis 2 Syr. 28  
v. 28.*

*Ps. 100. v. 5.  
Detrahen-  
tem.*

*& c. Epist. ad  
al. indignam  
Celantiam  
in Hier. E-*

*pist. 14. Pro-  
verb. 4. v.*

*24. & 24.  
v. 21. Syr. 19  
v. 4.*

Matt. 7. v. Nam proximi morder, ut loquitur Chryso-  
st. carnes: & lingua detractoris, ut ait S. Bernardus,  
*est vipera ferocissima, qua lethaliter tres inscit flatu u-  
no: & lancea acutissima qua tres penetrat ictu uno: & gladius anceps, imò triceps, imò crudelior est, ut idem addit, lancea spinis, & clavis quibus Christus confixus est, quod eo occidat se audientem, & cui detrahitur.*

IV. Locus ab exemplis eorum, qui hoc peccatum studiofissimè vitarunt. S. Augustinus mensæ suæ hos versus inscripsit:

*Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,*

*Hanc mensam vetitam noverit esse sibi,*

Adhæc quosdam ait Possid. de vita B. Aug. suos familiarissimos coëpiscopos, illius scripturæ oblitos, & contra eam loquentes tam asperè aliquando reprehendit commotus, ut diceret, aut delendos esse illos.

illos de mensa versus, aut se de media refectione  
ad suum cubiculum surrecturum. Qui citò  
&c.

V. *ab exemplis eorum*, qui ob hoc peccatum seuerè  
à Deo puniti sunt, de quibus consule Theatrum  
Vindictæ Divinæ.

In *EPILOGO hortaberis Auditores*, ut non solum  
non detrahant proximo, sed nec aures præbeant,  
ut accomodent detractoribus, ac eorum vitium,  
ut loquitur Paulinus, nutriant audiendo, imò ita  
se contra hoc vitium arment, ut apud eos nemo  
detrahere audeat, societatem detractorum sedulo  
refugiant, vel ab ea, si quando fortè in eam incide-  
rint, illicò se separent, nec facilè eorum dictis fidè  
accòmodèt, imò modestè detractores corrigāt, vel  
commonefaciant, ut ad alium sermonè transeant.

### XLII. LAUS IVSTITIÆ.

**E**XORDIUM à querela, quod hac mundi senectū  
sint pauci, quibus conveniat descriptio viri ju-  
sti, quam justus æquique tenacissimus Rex propo-  
nit David Ps. 14. *Qui non egit dolum in lingua, nec fe-  
cit proximo suo malum, & opprobrium, non accepit ad-  
versus proximos suos, qui jurat proximo suo, & non de-  
cipit, qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & mu-  
nera super innocentem non accepit.*

Eze. 18. v. 7.  
vir si fuerit  
&c.

PROPOSITIO & PARTITIO. Tibi deliberatum *i. de officio  
c. 28.*  
esse de laudibus Iustitiæ dicere. Evenire autem  
tibi quod solet iis, qui ad opipare instructam mē-  
sam sedentes deliberant, cui primùm fereulo ma-  
nus admoveant. Nam in tanta rerum laudandarū,  
quas Iustitia in se complectitur copia, difficillimū  
esse constituere, de quibus potissimum dicendum  
sit. Existimari tamen te, satis fore, si ejus præstan-  
tia, necessitas, & utilitas explicetur.

CONFIRMAT I. LOCUS, à præstantia Iustitiæ,  
quā S. Ambrosius his verbis proponit: *Magnus, ait,  
justi-*